ex confeſſione culpę lacri
marum imber extinguat,
Cum uero cuiquam in hac
humilitate cordis & ſpſ
contritione defixo· atq;
in labore & gemitu ꝑdu
ranti horum recordati
o fuerit conſopita· & con
ſcientię ſpina de medul
lis animę gratia dī miſe
rantis euulſa· Certum ē
eum ad ſatiſfactionis
finem· atque indulgentię
meritum ꝑueniſſe· & ab
uniuerſorum criminū
labe purgatum, ad quā
tamen obliuionem non
aliter ꝑuenitur· niſi per
oblitterationē uitio
rum atque affectuum
priſtinorum & ꝑfectā
cordis atque integrā
puritatem quam ſine
dubio nullus eorum qui
pigritia ſiue contemp
tu uitia ſua purga
re neglexerint adſe
quetur· niſi qui gemitus

atque ſuſpiriis meſtis
iugiter continuatis·
Omnem ſordium priſti
narū excoxerit labem·
& uirtute animi atque
opere proclamauerit ad
dnm· Delictum meū cog
nitum tibi feci & iniuſ
titiam meā non operui;
Et fuerunt mihi lacrimę
meę panes die ac nocte.,
ut conſequenter merea
tur audire., quieſcat
uox tua a ploratu· & ocu
li tui a lacrimis· quia
ē merces operi tuo ait
dns., Illud quoque ſimi
liter ad eum uoce dni
dirigatur· Deleui ut
nubem iniquitates
tuas· & quaſi nebulam
peccata tua., Et iterū;
ego ſum. ego ſum qui de
leo iniquitates tuas
propter me· & peccato
rum tuorum iam non
recordabor; & ita funi
culis peccatorū ſuorū quib;

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. 38 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/de/csg/0575/38)